

*23. Instrumentum venditionis di Matteo
de Tibaldo in favore di Galgano
e Leonardo, magistri palmenterii*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

23. *Instrumentum venditionis di Matteo
de Tibaldo in favore di Galgano
e Leonardo, magistri palmenterii*

1300-02-23

(c. 345v) Post incarnatum verbum de Virgine natum anno millesimo trecentesimo, regnante domino nostro Carolo secundo Dei gratia glorioso «Ierusalem», Sicilie rege, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum suorum anno sextodecimo feliciter amen, die vicesimo tertio februarii, tertie decime inditionis.

In presentia Rogerii de Armisio regii Potentie iudicis et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, ego Matheus de Tibaldo, civis et habitator Potentie, vendo et trado vobis magistro Galgano et magistro Leonardo, palmenteriis, habitatoribus et civibus eiusdem terre, petiam unam terrarum vacue site videlicet in tenimento Potentie, in contrata Serre Madaroli, hiis finibus circumdatam: ab uno latere tenet Brutius de Anselmo, a secundo latere tenet presbiter Nicolaus de Ga(n)no, a tertio latere tenet «sic» cantor Matheus et presbiter Ioannes Faler, a quarto vero latere est via publica. Hanc autem petiam terre qualiter est prescriptis finibus circumdata «sic» per designata latera quatuor, cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis vobis predittis magistro Galgano et magistro Leonardo, ut dittum est, vendo et trado; pro qua recepi a vobis tarenos auri viginti quatuor, boni auri et eletti, renuntians illi legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti pretii et si plus forte aliquo tempore valeret ditta terra, illud vobis nomine donationis remitto; //

(c. 346r) quapropter do et trado tam vobis quam heredibus vestris liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo volueritis alienandi terram predittam. Insuper repromitto vobis et heredibus vestris

eam defendere et guarentire contra omnes homines qui vos vel heredes vestros de preditta terra molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum; et si ego prefatus venditor vel mei heredes vel aliquis per me vel per meos heredes contra vos vel contra vestros heredes de preditta terra venerimus vel eam deinceps vobis calupniati fuerimus seu per quodlibet ingenium eam repetere vel subtrahere a vobis quesierimus aut ipsam defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut dittum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus componere nomine pene augustales aureos viginti, medietatem vobis vel heredibus vestris et alteram medietatem regali curie, venditione preditta nihilominus rata perpetuo permanente. Preterea gaudiam vobis dedi et fideiubsoem de evitione pro ipsa terra vacua vobis posui magistrum Nicolaum Carrachiam specialem; et ad maiorem cautelam, tattis sacrosantis Evangeliiis, iuravi contra predittam venditionem ullo unquam tempore venire, sed eam ratam et inviolabiliter custodire.

1

2

3

4

5

6

A Amerisio

A terre

A Mendaroli

A Bertucius

A Guarino

A Faber

7

Et taliter ego Iacobus Cumbus publicus Potentie notarius
hoc instrumentum venditionis de mandato predittorum
contrahentium scripsi quia interfui et meo signo signavi.
(SN) (c. 346v) † Ego Rogerius de Armisio iudex Potentie
qui supra † Ego Henricus archipresbiter maioris ecclesie
Potentine interfui † Ego Nicolaus de Cataria interfui
† Ego Guillelmus Cumbus scholaris in medicina interfui
† Ego Laurentius de Lacupensuli testis interfui † Ego
Henricus de Diamundo interfui

8

9

10

A guadiam
A Caracia
A Auromundo
A Amerisio